

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5056

**Auteur(s) :** Anastase IV [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Foucarmont, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1154, 26 juin

**Lieu d'émission :** Rome

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Anastase [IV] confirme les biens de l'abbaye Notre-Dame et Saint-Jean de Foucarmont.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 78, p. 160-163.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9923, t. 2, p. 100.

Texte établi d'après a

Anastasius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis fratribus monasterii sancte Marie et sancti Iohannis de Fonte Theodori eorumque successoribus regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono patris et matris Iohannis comitis Augi et confirmatione ipsius Iohannis Sartum scilicet Baril et Nouam Landam et Sartum Engerillii et in foresta ipsius quietantiam pasnagiorum et herbagiorum et edificiorum et ignium et per totam terram ipsius quietantiam omnium mercatorum tam ad ipsos monachos quam ad famulos pertinentium eorum et quicquid infra curtem abbacie uel cuiuslibet grangie sue uenditum fuerit, et in ipsis uendentibus et ab ipsis ementibus a theloneis et molturis quietum sit et a qualibet consuetudine liberum, insuper ex dono eiusdem comitis omnes culturas ipsius de Fulcardismonte cum auxiliis carucarum pro septem modiis frumenti et tribus auene, quos habebat ex dono patris sui, et totam Beeleam inter eandem forestam assensu Rogerii de Fraeluilla et Rogonis filii eius et nemus inter Sartum Baril et Nouam Landam pro Sarto Engerillii et in maeria Blangeii assensu matris ipsius centum solidos pro septem modiis brasii, quos habebat ex dono patris sui, et omnes messes suas tam ad ipsos quam ad eas in grangiis suis triturantes pertinentes a moltura et omni alia consuetudine liberis et terciam partem molendini de Maisnelis, quam tenuit ecclesia Ultrensis Portus, et in foresta ipsius mansiones ad grangias suas, ubicumque necessarium uobis fuerit, construendas et quicquid nemoris est a uia, qua ad grangiam de Campenesia uilla de Fulcardimonte uenitur, usque ad angulum sancti Martini, quousque terra eorum protenditur, et usque ad fundum uallis subtus ipsam grangiam iacentis, ex dono eiusdem de feudo Galteri Peurelli culturam de prato et illam de busco Rainardi et campum super uiam de Predosa uilla et tres acras in Campo Theoderici et duas ad nemus

Nocberti totidemque in pomerio ecclesie et campum ante domum infirmorum et quicquid habebat pratorum inter abbatiam et Fanencort et sartum fratris Gisleberti et supra unam acram nemoris et tres iuxta campum Guillelmi filii Seburgis, hec omnia quieta et ab omni consuetudine libera et sine fine in elemosina possidenda, excepto quod pro campo ante domum infirmorum debet habere decem et octo nummos annui census et totidem pro parte pratorum et filius eius Paganus, qui hec omnia concedit, debet inde habere septem solidos, tunicam unam, debet habere et campartum de campo supra uiam de Predosa uilla post obitum suum, item ex feudo Guillelmi filii Nicholai et Gilleberti Calechoth et Richeldis et Cecilie sororum et Alberee et Bernardi filii eius omnia prata inter abbatiam et Fanemcort, porro ad Campanesiam uillam duas carrucatas terre, unam ex feudo Roberti de Fanencort, alteram uero ex feudo Roberti de Restolual, amplius ex feudo Willelmi Longi sex acras terre ex una parte abbatie et quatuor ex altera quietas et ab omni consuetudine liberatas, item ex feudo Gilleberti filii Soriz et Ricardi filii eius campum unum iuxta culturam ecclesie et alterum ad nemus Roberti et tertium in monte super abbatiam quieta et ab omni consuetudine libera, ex feudo Hugonis Mationis dono ipsius et Radulphi filii eius tres acras terre quietas et ab omni consuetudine liberatas, ex dono Osberni de Pilo Ceruino et Guidonis filii eius quicquid habebat citra abbatiam usque ad Marlariam et ipsam et parum nemoris ultra eam, preter hec unam terre acram, omnia quieta et ab omni consuetudine libera, ex dono uero Rogeri de Sanceio unam acram terre de foris Osberni Maisnil et totam terram eiusdem Rogeri uastam, que est in Monte Haistreia, liberam et quietam ab omni consuetudine, item ex dono Bernardi Molendinarii et fratrum eius et Alberee matris eorum tres acras terre nemorose ab omni consuetudine liberatas, item ex dono Rainaldi de Septem Molis et Amabilis matris eius unam acram terre et dimidiam libere et quiete, item ex dono Roberti sacerdotis sancti Iohannis tres acras terre, quas hereditario iure tenuit de feudo prefati Rainaldi de Septem Molis, liberatas et quietas, ex dono Herueii de sancto Sulpicio et Beatricis uxoris eius et Guillelmi filii ipsorum octo minas molture et quatuor bustellos frumenti et tres nummos et obolum quieta et omnino libera, ex dono Galterii de sancto Aniano Torfreascalis tres acras terre, ex dono Abraham de Grandicuria unam acram terre liberam et quietam, ex dono Roberti Augi et patrum Iohannis comitis Augi duas salinas apud Brienchon quietas et liberatas, ex dono Fulconis de Puteis unam acram terre quietam et liberam, ex dono Rogeri Corporis baronis uadimonium uiginti quatuor solidorum in campo, qui est supra domum infirmorum, ex dono Godardi de Maisnelis unam acram terre quietam et liberam, ex dono Guidonis Molendinarii unam acram ad campartum, alteram uero ex dono Gilleberti Cocherelli æque ad campartum, ex dono Lamberti filii Girardi duas acras terre quietas et liberatas assentientibus et concedentibus Radulfo Rastro et uxore eius, ex dono Hugonis de Hisleiis duodecim acras terre in Fraitiz liberatas et dimidiam culturam ad campartum tantum, reliquam uero dimidiam liberam ex dono Roberti de Cheneceriis, ex dono Guillelmi de Pormort terram suam de Fraitiz et decem acras in Plaisentia et totidem ad Fossatum regis omnino quietas assensu Guillelmi comitis et Roberti de Alneto, ex dono eiusdem Roberti de Alneto ad idem Fossatum regis duodecim acras terre quietas et liberatas et ibidem ex dono Hugonis de Bosco assensu eiusdem Roberti totidem omnino liberatas, ex dono Ricardi Calemel et uxoris eius decem acras ad idem Fossatum omnino liberatas concedentibus Roberto de Alneto et Hugone de Bosco, ex dono Ricardi de Helgueueilla nouem acras terre in Monte Pulchri Hominis liberatas et quietas, ex dono Rogerii fratris eiusdem ibidem unam acram prorsus liberam, ex dono Guillelmi de Sauciamara unam acram in eodem Monte et quinque istis contiguas omnino liberatas, reliquam uero eiusdem feodi usque ad uiam Mortui Maris omnino liberam preter solum campartum, ex dono Baldrici de Flammeis unam acram terre concedente Radulfo de Noua Uilla et donante aliam acram utrasque liberatas, ad Honemaisnil ex dono Willelmi de Hosdenc sedecim acras, octo uero ex dono Roberti prepositi omnes omnino concedentibus ipso Guillelmo et Hugone de sancto Germano liberatas, ex dono Henrici de Toiz et Hugonis de Oreyo et Drogonis de Senlincuria eorumque uxoribus terram de Mainoltessart cum uniuersis nemoribus ad eam pertinentibus, omnia quieta, excepto quod Henricus inde habet annum censum, scilicet decem et octo minas frumenti et totidem auene concedentibus Hugone de Teiz et uicedominis Gerboredensibus Girardo, Helia et Petro, ex dono Hugonis de Malanocte totam terram de Spina cum nemoribus sibi appendentibus concedentibus uicedomino Girardo de Pinconio et Simone de sancto Arnulfo et Guillelmo de Cocherel et Galtero de Goholtuilla eorumque uxoribus. Decernimus ergo etc. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen.

Dat. Rome apud sanctam Mariam rotondam per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii VI kal. iulii, indictione II, incarnationis dominice anno M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.III<sup>o</sup>, pontificatus uero domni Anastasii IIII pape anno primo.